

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS
HISTORIÆ
 LIBER OCTAVUS.

CAP. I.

De animalibus terrestribus, elephantorum commen-
 datio, & de sensu eorum.

AD reliqua transeamus animalia, & pri-
 mum terrestria. Maximum est elephas,
 proximumque humanis sensibus:^a quip-
 pe intellectus illis sermonis patrii, &
¹imperatorum ²obedientia, officiorumque, quæ
 didicere, memoria, amoris & gloriæ voluptas: imo
 vero (quæ etiam in homine rara) probitas, pruden-
 tia, æquitas: religio quoque siderum, Solisque ac
 Lunæ veneratio. Auctores sunt, in Mauritanix
 saltibus ad quendam amnem, cui nomen est ^b Ami-
 lo, nitescente Luna nova, greges eorum descende-
 re: ibique se purificantes solenniter aqua circum-
 spergi, ^catque ita salutato sidere in silvas reverti,
 . vitu-

¹ impri-
 mis. M.
² obe-
 dientiæ. Ch.

^a Quippe intellectus illis sermonis, &c.]
 Legend. Quippe intellectus illis sermonis
 patrii, & in priorum obedientia officii, eo-
 rum qua didicere memoria, amoris & gloria
 voluptas. Intellectus, inquit, illis sermo-
 nis patrii & officii in priorum obedien-
 tia, & ἡγεμονίᾳ ἐπὶ τοῖς ὑπακούουσιν
 τοῖς ἀριστοῦργῆσι. Prioris ætate ele-
 phantos intelligit, quibus minores obe-
 dientiam præstant, officii intelligentes
 sunt in priorum obedientia. Salm. 305. b
^b Amilo.] Dion ait pergere αἰῶς

ὑδαὶ ἀείνων perennem squam. Vetusti
 codices habent Annulo, quæ vox à Græca
 ἀείωνος fortassis depravata est. Rhodig.
 cap. 18. lib. 10. Primus ex Europæ regi-
 bus Indiis dictis elephantos Alexander
 habuit: plurimos Antigonus: multos
 Pyrrhus in prælio captos superato Dem-
 metrio, quos Romanis objecit. Idem
 Rhod. cap. 20. lib. 22. Dalea.

^c Atque ita salutato sidere in silvas
 reverti.] Id est, salutata luna. Salmasi
 p. 306. a.

¶ Arma